Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift



10

legere facere auditum: ablactatos
a lacte: avulsos ab uberibus. Illi
enim perfecta aspiratione sacramenta docen
tur: illius interioris intelligentiae audi
tus aperitur: qui a lacte ablactantur: sci
licet qui ad tenera institutionis rudimen
ta ad catholicae doctrinae perfectionem
transferuntur: qui ab uberibus avelluntur.
scilicet qui duae testamentorum sagina access
sant imbuuntur. Ab uberibus enim non avel
lerentur: nisi eorum refectionibus instanter in
nutrerentur. Sic in domum dei puer ad
ducitur: quia qui sic amantur, puerilis
ipse domus dei efficitur: sicut apostolus loquitur.

Capvt. ii.

Templum dei sanctum est. quod estis vos. Et ite
rum. Vos agricultura estis: dei edifi
catio estis. In sylo puer adducitur.
quod avulsio dicitur: quia ab eo qui sic
domus dei efficitur. sedes in quarta avelli
tur. Alio modo. Anna puerum in sylo ad
ducit: dum primitiva ecclesia filium suum.
populum adoptivum. sub figuris cerimo
niarum legalium. in spe promissionum ce
lestium enutrit. Sequitur. Et.

Puer autem erat adhuc infantulus.
Quamdiu inquit apostolus heres est parvulus.
nihil differt a servo. cum sit dominus omnium:
sed sub tutoribus et actoribus usque ad prefi
nitum tempus a patre. Ita et nos cum essemus
parvuli: sub elementis mundi eramus
servientes: Unde recte subditur. Et im
molaverunt vitulum: et obtulerunt
puerum heli. Vitulum immolant: cum sancti pat
riarche humanitatem filii dei alonge aspi
cientes salutant: et de redemptione mun
di precordialiter exultant. Puerum heli offe
runt: dum ecclesie populum veteris sacerdotio
in observantia legalium cerimoniarum
commitunt. Anna ad heli loquitur: cum
sancta ecclesia in suis fidelibus sub veteri sacer
dotio divinae confessionis cultum exequitur.
Obsecro in lege mea domine: viviat anima tua in
prophetis domine: ego sum illa mulier in eaglii
revelatione: quae steti coram te in figuris le
gis: orans dominum in prophetae oraculis: pro pu
ero isto. populo eaglico. Oravi in patriarchis.
legis. et prophetis: et dedit mihi dominus in plenitu
dine temporis: petitionem meam quam postu
lavi eum. mittens in plenitudinis unigeni
tum suum: et pullum dans michi populum gentium.
populum adoptivum. Idcirco et ego commodavi
eum domino. in presentia pacificae unitatis exercitatio
nem: cunctis diebus eius: quibus fuerit accom
modatus domino. per contemplativae delectationis
refectionem. Sequitur. Et orans anna et ait.

Exultavit cor meum in domino: et ex
altatum est cornu meum in deo meo. Dila
tatum est os meum super inimicos meos: quia lata
tum est os meum super inimicos meos: quia letata
sum in salutari tuo. Non est sanctus ut est dominus:
neque enim est alius extra te: et non est fortis sicut deus
noster. Nolite multiplicare loquimini sublimia
glantes. Recedant vetera de ore vestro: quia deus
scientiarum dominus: et ipsi preparantur cogitationes.
Arcus fortium superatus est: et infirmi accincti
sunt robore. Saturati pusperant pane se locavere
runt: et famelici saturati sunt: donec steri
lis peperit plurimos: et quae multos habebat
filios infirmata est.

Anna orat: dum sancta ecclesia in celesti curia.
coram omnium angelorum multitudine. universa dei
beneficia. per quae redemptionis nostre pacta sunt
mysteria. letata commemorat. Exultavit cor
meum in patriarchis suis. pro fidei devotione. in
domino patre domino creatore meo: et exaltatum est
cornu spei meae in sancti prophetis. in deo meo.
in spiritu sancto. dominatore meo. Dilatatum est os
meum. in predicatione sanctorum apostolorum: super inimi
cos meos: falsos christianos. hereticos. iudeos.
atque paganos: quia letata sum in salutari